

COLLECTION DES UNIVERSITÉS DE FRANCE
publiée sous le patronage de l'ASSOCIATION GUILLAUME BUDÉ

CALPURNIUS
SICULUS
BUCOLIQUES

PSEUDO-CALPURNIUS
ELOGE DE PISON

TEXTE ÉTABLI ET TRADUIT
PAR
Jacqueline AMAT
Professeur à l'Université de Brest

Ouvrage publié avec le concours du C.N.R.S.



PARIS
LES BELLES LETTRES

1991

SIGLA

Bucolica

codices

- N* = Neapolitanus V A 8 V, saec. XV.
N¹ = prima manus se corrigens ipsa.
N² = secunda manus.
G = Gaddianus Laurentianus plut. 90 12 inf., saec. XV.
P = Parisinus 8049, parte deficit, saec. XII/XIII.
A = cod. Germanicus, ut uidetur Th. Ugoleti, deperditus, cuius lectiones in mg. cod. Riccardiani 636 (u) N. Angeli enotauit.
H = cod. Harleiani lectiones, saec. XV, quae ex cod. Boccacii aut ex cod. Th. Ugoleti excerptae esse uidentur.
V = cod. a b c ...z consensus.
a = Ambrosianus 074 sup., saec. XV.
b = Ambrosianus I 26 sup., an. 1463.
c = Vaticanus 2110, saec. XV.
d = Vaticanus 3152, saec. XV.
e = Vaticanus Urbinate 353, saec. XV.
f = Vaticanus Ottobonianus 1466, saec. XV.
f' = Vaticanus Latinus 5123 saec. XIV.
g = Vaticanus Palatinus 1652, an 1460.
h = Vaticanus Reginensis 1759, saec. XV.
i = Laurentianus plut. 37,14, saec. XV.
j = Laurentianus bibl. Aed. 203, saec. XV.
k = Leidensis Vossianus Q 107, saec. XV/XVI.
l = Sloanius 777, saec. XV.
n = Riccardianus 724, saec. XV.
o = Riccardianus 974, saec. XV.

- p = Quirinianus CVII 1, saec. XV/XVI.
 q = Corsinianus 43 F 5, saec. XV.
 r = Redhigeranus I 4 10, saec. XV.
 s = Redhigeranus I 4 11 saec. XV.
 t = Gothanus II 55, saec. XIV.
 u = Riccardianus 636, saec. XV.
 v = Monacensis 302, an. 1465.
 x = Bruxellensis 20428 et 20589, an. 1490.
 y = Vindobonensis 305, saec. XV.
 z = Holkhamiensis 334, saec. XV.

florilegia

- F = florileg. consensus.
 Fa = Atrebatenis 64, saec. XIV/XV.
 Fb = Berolinensis Diez B. Santen 60, saec. XIV.
 Fe = Escorialensis Q I 14, saec. XIII/XIV.
 Fn = Parisinus lat. 17903; saec. XII/XIII.
 Ft = Parisinus lat. 7642, saec. XIII.
 β = Bononiensis 83 52, II N. 1, saec. XV/XVI.

editiones et varia

- Ang. = Niccolo degli Angeli, cuius lectiones in cod. u
redire uidentur ad cod. A deperditum.
 Asc. = ed. Ascensiana (Josse Bade), Paris, 1503.
 Aug. = ed. Augustana, Augsbourg, 1534.
 Baehr. = Bachrens, ed. des *Poetae latini minores*, Leip-
zig, 1881.
 Barth = Barth, ed. des *Bucoliques*, Hanovre, 1613.
 Beck = Beck, ed. des *Bucoliques*, Leipzig, 1803.
 Brass. = ed. Brassicana (C. Köhl), Haguenau, 1519.
 Bur. = Burmann, ed. des *Poetae latini minores* 1,
Leyde, 1731.
 Cast. = Castiglioni.
 Dav.¹ = prim. ed. Daventriensis, Deventer, s.d.
(1488?).
 Dav.² = sec. ed. Daventriensis, Deventer, 1491.

- Duff = J.W. Duff et A.M. Duff, *Poetae latini minores*,
Londres 1934.
 El. = Ellis.
 Fries. = Friesemann.
 Giar. = Giarratano, ed. des *Bucoliques* de Calpurnius Sic. et de Némésien, Naples, 1910.
 Glaes. = Glaeser, ed. des *Bucoliques*, Göttingen, 1842.
 Gron. = Gronov.
 Gryph. = ed. Gryphiana, Lyon, 1537.
 Hart. = Hartel.
 Haupt = Haupt, ed. des *Bucoliques* de Calpurnius Sic. et de Némésien, Leipzig 1875.
 Heins. = Heinsius, in edd. Wernsdorff.
 Her = Herrmann.
 Hous. = Housmann.
 Jac. = Jacoby.
 Keene = Keene, ed. des *Bucoliques* de Calpurnius Sic. et de Némésien, Londres 1887.
 Kemp. = Kempfer.
 Korz. = Korzeniewski, ed. des *Bucoliques*, Darmstadt, 1971.
 Lev. = Levy.
 Maeh. = Maehly.
 Mod. = Modius (de Maulde).
 Opor. = ed. Oporiniana, Bâle, 1546.
 Phil. = Phillimore.
 Pith. = ed. Pithoeana, Paris, 1590.
 Post. = Postgate.
 Ro. = de Rooy.
 Saum. = Saumaise.
 Scal. = Scaliger.
 Schenkl = Schenkl, ed. des *Bucoliques* de Calpurnius Sic. et de Némésien, Leipzig, 1885 et 1906.
 Tig. = ed. Tigurina, Zurich, 1537.
 Tit. = Titius (R. Titi), ed. Florentina, 1590, cuius lectiones redire uidentur ad ignotos codices.
 Ugol. = Angeli Ugoleti, ed. Parmensis, vers 1493.

- Ult.* = Ultius (J. van der Vliet), ed. Leidensis, 1645.
Ven. = ed. Veneta, Venise, 1472.
Verd. = Verdier, ed des *Bucoliques*, Bruxelles, 1954.
Vien. = ed. Viennensis, Vienne 1514.
Wern. = Wernsdorf, ed. des *Poetae latini minores* 1,
Altenburg, 1780, rééd., Paris, Lemaire, 1824.
Will. = Willamowitz.

VII
(Lycotas, Corydon)

Lycotas

1 Lentus ab Vrbe uenis, Corydon; uicesima certe
nox fuit, ut nostrae cupiunt te cernere siluae,
ut tua maerentes exspectant iubila tauri.

Corydon

5 O piger, o duro iam durior axe, Lycota,
qui ueteres fagos noua quam spectacula mauis
cernere, quae patula iuuenis deus edit harena.

Lycotas

Mirabar quae tanta foret tibi causa morandi,
cur tua cessaret taciturnis fistula siluis
et solus Stimicon caneret pallente corymbo:
10 quem sine te maesti tenero donauimus haedo.
Nam, dum latus abes, lustravit ouilia Thyrsis,
iussit et arguta iuuenes certare cicuta.

Corydon

Sit licet inuictus Stimicon et praemia diues
auferat, accepto nec solum gaudeat haedo,
15 uerum tota ferat quae lustrat ouilia Thyrsis.

3 ut NG: et V || 4 o alt. NGHbdeuy: et cfik || iam durior HV: non
mollior NG || axe NGcey: osse Hiru² asse ghlnu aere d || lycota uel
lie- NGH licora vwx || 6 edit NGAH: ardet V || (h)arena HV: in
umbra NG || 7 tanta... causa NGbfghiuy: causa... tanta cdepq
su²wxz || 8 taciturnis NV: -nus G || 9 pallente GH Bwx: fal- V
cett. || 10 maesti codd.: -ti <et> Cast. Verd. qui sic interpunxerunt
uersum 9: corymbo quem || 11 abes NV: herus G || 13 sit licet a²d:
scil. N²GHV cett. || 14 nec NGH: non V || 15 tota NGcdeuy: tuta V
cett.

Non tamen aequabit mea gaudia, nec mihi, si quis
omnia Lucanae donet pecuaria siluae,
grata magis fuerint quam quae spectauimus Vrbe.

Lycotas

Dic age dic, Corydon, nec nostras inuidus aures
20 despice: non aliter certe mihi dulce loquere,
quam cantare soles, quotiens ad sacra uocatur
aut secunda Pales aut pastoralis Apollo.

Corydon

Vidimus in caelum trabibus spectacula textis
surgere, Tarpeium prope despectantia culmen
25 immensosque gradus et cliuos lene iacentes.
Venimus ad sedes, ubi pulla sordida ueste
inter semineas spectabat turba cathedras.
Nam quaecumque patent sub aperto libera caelo,
aut eques aut niuei loca densauere tribuni.
30 Qualiter haec patulum concedit uallis in orbem
et sinuata latus resupinis undique siluis
inter continuos curuatur concava montes,
sic ibi planitiem curuae sinus ambit harenæ
et geminis medium se molibus alligat ouum.
35 Quid tibi nunc referam, quae uix suffecimus ipsi
per partes spectare suas? Sic undique fulgor
percussit. Stabam defixus et ore patenti
cunctaque mirabar necdum bona singula noram,
cum mihi tum senior, lateri qui forte sinistro

18 spectauimus *AHhn*: -tamus aut spettamus *NGV* || 20 loquere
NGHV: -quare / -queris y || 21 cantare *NG*: cert- *HV* || soles *Asc.*: -let
NGfghuwx -lent *Hacdepqs* || uocatur *Nfghkw*: -cantur *acdeq* || 22
secunda *NGHef*: fac- *V* cett. || 25 cliuos *AHaslu*²: diu- *NGV* cett.
duros z || 26 ad *NV*: in *G* || 27 cathedras *NHV*: -teruas *G mg.* || 30
haec *NHV*: hoc *G* || concedit *NG*: contendit *HV* || 32-34 om. *V* || 33
ibi *NV*: ubi *GA* || 37 patenti *GV*: paren- *N* || 39 cum *NGH*: tum *V* ||
tum *NGabijklnu*: tunc *Heu*² cum *edgpqs*.

40 iunctus erat: «Quid te stupefactum, rustice», dixit,
 «ad tantas miraris opes, qui nescius auri
 sordida tecta, casas et sola mapalia nosti?
 En ego iam tremulus et uertice canus et ista
 factus in Vrbe senex, stupeo tamen omnia: certe
 45 uilia sunt nobis quaecumque prioribus annis
 uidimus, et sordet quidquid spectauimus olim».
 Balteus en geminis, en illita porticus auro
 certatim radiant; nec non, ubi finis harenae
 proxima marmoreo peragit spectacula muro,
 50 sternitur adiunctis ebur admirabile truncis
 et coit in rotulum, tereti qui lubricus axe
 impositos subita uertigine falleret ungues
 excuteretque feras. Auro quoque torta refulgent
 retia, quae totis in harenam dentibus exstant,
 55 dentibus aequatis; et erat — mihi crede, Lycota,
 si qua fides — nostro dens longior omnis aratro.
 Ordine quid reseram? Vidi genus omne ferarum,
 hic niueos lepores et non sine cornibus apros,
 hic raram siluis etiam quibus editur alcen.
 60 Vidimus et tauros, quibus aut ceruice leuata
 deformis scapulis torus eminet aut quibus hirtae
 iactantur per colla iubae, quibus aspera mento
 barba iacet tremulisque rigent palearia saetis.
 Nec solum nobis siluestria cernere monstra
 65 contigit: aequoreos ego cum certantibus ursis

40 quid *Heg²u²*; qui *NGc* || te *Hdeg²w*; me *NGc* in *V* cett. || 41
 mirans *NGH*: -reris *V* || 43 iam *NG*; tam *HV* || et prim. *NGbeduy*:
tum AHew || 48 ubi *N²V*; ubi *NGH* [(h)arenae *NGV*: -na *w*] || 49
 peragit *HV*; praebet *NG* || 51 coit *GHcdegh*; colit *suy cogit N* ||
 rotulum *sktu*: rutil- *NGHcdeghy rutul-* *iu²x* || qui *NG*; qua *HV* || axe
Sauu: axem *uel assem codd.* || 52-54 om. *V* || 52 unguis *AH*: an- *N* ||
 55 lycota *aut lic-* *NG*: licora *v.x* || 57 quid *N²V*; qui *G* || omne *V*: esse
NG || 59 hic raram *NGHumg*; manticoram *A nocticanam aut nictie-*
V || 61 scapulis *NV*: scop- *G* || 62 quibus *NG*; quis *V* || 64 nec *NG*:
 non *HV* || 65 aequoreos *aut equ-* *V*: equoreis *NG* || cum certantibus
NHV: concer- *G*.

spectaui uitulos et equorum nomine dictum,
sed deformis pecus, quod in illo nascitur amne,
qui sata riparum uernantibus irrigat undis.
Ah! trepidi quotiens sola discedentis harenae
70 uidimus in partes, ruptaque uoragine terrae
emersisse seras! Et in iisdem saepe cauernis
aurea cum croceo creuerunt arbuta nimbo.

Lycotas

O felix Corydon, quem non tremebunda senectus
impedit! O felix, quod in haec tibi saecula primos
75 indulgenter deo dimittere contigit annos!

Nunc, tibi si proprius uenerandum cernere numen
fors dedit et praesens uultumque habitumque notasti,
dic age dic, Corydon, quae sit mihi forma deorum.

Corydon

O utinam nobis non rustica uestis inesset!
80 Vidi sem propius mea numina! Sed mihi sordes
pullaque paupertas et adunco fibula morsu
obsuerunt, utcumque tamen conspeximus ipsum
longius; ac nisi me uisus decepit, in uno
et Martis uultus et Apollinis esse putaui.

66 dictum *NGAH*: dignum *V* || 67 in illo *GAcdehuy*: mil- *N* nil- *N²*
nilo fikru² || nascitur *NGcdehuy*: pas- *Hfirsu* || amne *Brass.*: amne
NG amni HV || 68 uernantibus *NGA*: uenient- *HV* || 69 ah *NGHa*
slpq: ha *V* cert. a *Baehr.* || sola *Haupt*: sol *N* nos *N²HV* || discedentis
N des- *HV* || 71 et in *NGHfir*: et *V* cert. || iisdem aut eis- *HV*: his- *N*
hys- *G* || cauernis *NGA*: latebris *HV* || 72 croceo *NV*: subito *N* susito
G || nimbo *GHcghu²*: -bro *N* libro *desiuwx* || 75 dimittere *NHV*: -
mictere *G* demittere *Barth* || annos *NGHcsg*: agnos *bdehijupqsz* ||
76 proprius *HV*: -prius *NGuvz* || 77 fors *NG*: sors *HV* || praesens
NGH: referens *Aepqswxz* pres- *v* || 78 mihi *NGcsguy*: modo *Aad*
epqwzxz || 80 proprius *V*: -prius *NGsuvz* || 81 pullaque *NGHedeu*:
nuda- *fikru²* || 82 obsuerunt *acslpqrsz*: -rint *V* cert. -rant *N* -rat *G* ||
84 uultus *V*: uisus *NG* || putaui *AHdeuwx*: -atur *NGV* cert.